Quelle: https://manuscripta.at/?ID=991
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

dies celebratur tibi collecta. te timeat. te diligat. te sequatur ut dū iugiter p vestigia tua gradiatur ad celestia. p nullis te duce pereunte meretur. P

In dedicatione altaris. In ūtis

Dicat dnūs sermones meos. Coll.

Omnipotens s. deus altare hoc nomini tuo dedicatum celestis virtutis benedictione sanctifica et oribus in te sperantibus auxiliū tuū munus ostendas ut hic et sacramentorum tuorum et votorum obtineatur effectus. P

Et dicat Ysaie pphete.

Hec dicit dnūs deus. In die illa erit mūnus domino deo exercituū: et rex fortis dyabitur eis. In die illa erit altare domino in medio terre: et cognoscetur dnūs et colent eū in hostiis et munieribus et vota vouebunt domino et solvent. Et revertentur ad dnūm et placabitur eis: et sanabit eos. In die illa erit iustī benedictio in medio terre: ait benedicit dnūs deus exercituū dicens. Benedictus populus meus et opus manuū meārum: et hereditas mea israel. Dicit dnūs omnipotens. Gō. Exultabunt sancti in gloria letabuntur in cubilibus suis. V. Cantate domino canticū novū laus eius in ecclesia sanctorum. Alla. Vox exultationis et salutis. Psallat ecclesia. Gō. Si offeres munus. Aliud. Sin lucam

Nullo te. d. i. d. s. Nō est arbor bona que faciat fructus malos: neq; arbor mala faciens fructū bonū. Unaquaq; enim arbor de fructu suo cognoscitur. Ne q; enim de spinis colligunt ficus: neq; de rubo vindemiant uuā. Bonus homo de bono thesauro cordis sui profert bonū: et malus hō de malo thesauro profert malū. Ex habundantia enim cordis os loquitur. Quid autem vocatis me domine domine: et nō facitis que dico? Omnis qui venit ad me et audit sermones meos: et facit eos. ostendam vobis cui similis sit. Similis est homini edificanti domū qui fodit in altū et posuit fundamenta super petram. Inundatione autem facta: illisum est flumen domui illi. et nō potuit eam movere. fundata enim erat super petram. Credo. dī. Off. Sanctificavit moyses. Secr. Obsecramus quos dnūe deus ut ipse sacrat tuus super hoc altare qui et populi tui domum sanctificet et suum eam corda purificet. P. Prefacio quotidiana vel que tunc supervenit ē dicenda

Introibo ad altare dei ad deum. Comunicantes faciet iuventutem meam. Coplin

Omnipotens aeterne deus ut hoc s. locum nominis tui dedicato auctis pietatis tuis auxiliis tue pietatis accomo